

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium memorandorum vires naturales et commoda comprehendens a Plinio data

Duval, Robert

[Paris], zwischen 8. Mai und 20. Nov. 1500

Liber xxix [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293518](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293518)

vitulini fimi cinis ex aceto. Asini vrine lutū. Regio morbo cornu
cerui cinis. fimum asini pulli quod primū edidit a partu: datū fa-
be magnitudine e vino: medeī intra tertiū diem. Idem ex equino.

Fractis ossibus presentaneus maxilarū aprī cinis vel suis. Iteꝝ lar-
dum elixum atq; circūligatum mira celeritate solidat. Ptticis me-
dentur iecur lupi ex vino. Macre suis femine herbis paste lardum.
Carnes asinine ex iure sumpte. Hoc genere maxime i achaia curāt
id malum. Bubuli cornus mucronem exstū: duoz coclea riū mē-
sura: addito melle pillulis deuoratis. Lupi & capre seui cyathos
vel lactis pari mēsurā: deploratū ptticū cōualuisse certus auctor ē

Sunt & qui suū fimi cinerē profuisse dixerunt in passo. Igni sacro
vitulinū simū recens vel bubulū. Ruborem cū prurigine: equi
spuma: aut vngule cinis. Pustulis suili fimi cinis aqua ilitus vel cor-
nus ceruini cinis

Ca. xi. mira de animalibus

Vestigium equi excussum vngula: si quis collectū reponat sin-
gultus remediū esse: recordātibus quonā loco id repouerint. Ie-
cur luporū equine vngule simile esse. Rūpi equos qui vestigia lupo-
rum sub equite sequant. Nullas carnes teredinē sentire luna de-
crescente induratas sale. Leporē surdū celerius pinguescere. Si fā-
guis pfluat iumētis suilū fimum ex vino infundendū. Gallinaceos
non attingi a vulpibus: qui iecur animalis eius aridū ederint: vel
si pellicula ex eo galli collū induatur. Similia in felle mustele. Lu-
pos in agrū non accedere: si capti vnus pedibus fractis: cultroq;
adacto: paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atq; ipse de-
fodiāt in eo loco ex quo ceperit trahi. Aut si vomerē quo primus
sulcus eo arino in agro ductus sit: excussum aratro focus lariū quo
familia conuenit absumat. Ac lupum nulli animalium nociturum
in eo agro q̄diu id fiat.

Finis libri. xxviii.



lber. xxix. continet originem medicine & abusus i-
tūm q; & quorundā medicinaꝝ profitentium abusus
medicinas tractat ex his que ab aialibus proueniunt

Ca. i. medicinā profitentes imperi-
tos vituperio afficit. eosq; qui medi-
cinas nisi multe compositionis &
multi precii non probant.

Mirum & indignum subit nullam artiū medicina incōstantiorē fuisse. Et nūc sepius immutari: cū sit fructuosior nulla. Diis primū inuentores suos assignauit & colo dicauit, Necnon & hodie multifaria medicina peti. Auxit deinde famam etiā crimine: fulmine ic̄tū esculapium fabula: qm̄ tindaridā reuocasset ad vitam. Sequētia eius mirū dictū in nocte densissima latuere: vsq; ad peloponēsiacum bellum. Et tunc reuocauit eam ipocrates.

Exortus est deinde uetius ualēs adulterio messaline claudii ce-
saris nobilitatus: pariterq; eloquētie affectator. Is nouā potentiam
natus nouā instituit sectā. Crinas massiliēn. arte geminata: vt can-
tior religiosiorq; ad siderū motus ex ephemeride mathematica:
cibos dando horarq; obseruādo: auctore eū precessit. Nuperq; sex
tertia centum reliquit muris patrie. menibusq; aliis reliquit nō mi-
nori summa extractis, damnatis prioribus medicis. Necnon &
balneis: frigida hiberius algoribus lauari persuasit, merisit egros
in lacus. Videbamus senes cōsulares: vsq; in ostentationē rigentes
Nec dubiū est oēs istos: nouitate aliqua: aucupātes animas statim
nostras negotiari. Hinc ille circa egros miserere sententiā: cōcer-
tationes: nullo idē censente: ne videatur assertio alterius. Hinc
illa infelicis monumēti inscriptio, turba se medicorū perisse. Mu-
tatur ars cotidie: & ingeniorū grecie statu impellimur. Palāq; est vt
q; inter istos loq̄ndo polleat: Imperatorē vite nostre necisq; fieri

Ceuero non millia gētiū siue medicis degant: nec tū siue medici-
na. Sicut populus, ro. vltra sexētesimū annū. neq; ipse in accipiēdis
artibus lentus: medicine uero auidus: donec expertam damnauit.
Ait cato qm̄ hec gens grecorum litteras suas dabit omnia corrup-
pet. tunc etiam magis: cum medicos suos huc mittet. Iurarunt in
ter se: barbos oēs necare medicina. Sed hoc ipm̄ mercede faciunt
vt fides eis sit, & facile disperdāt. Subicit qua medicina ipse vsus
sit. & se coniugem vsq; ad longam etatem perduxerit: his scilicet
que nos trademus.

Auctoritas medicine aliter q̄ grece tractantibus: etiam apud impe-
ritos ex parteq; lingue non est. Ac minus credunt que ad salutem
suam pertinent: si intelligunt. Itaq; in hac artium sola euenit vt
cuiq; medicum se profitenti statim credatur: cum sit periculum
in nullo mendatio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blāda
est spirandi per se cuiq; dulcedo. Nulla est preterea lex que punit
at inscitiam capitalem. nullum exemplum vindicte. discunt per
culis nostris. Et experimenta per mortes agunt. Medico tantū
hominem occidisse summa impunitas ē. Vltro qui periere arguunt

et intemperantia culpantur. Qui de nummo iudicet: a gadibus columnis ve herculis accersitur. Nemini nostrū libet scire quod salutis sue opus sit. Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus. Quid venenōrum fertilius aut vnde testamētorū plures in fide? Iam vero & adulteria in principum domibus etiam: vt euadens in liuia drusi cesaris.

Tiriace vocatur excogitata cōpositio luxurie, fit ex rebus externis eū tot remedia dederit natura q̄ singula sufficerent. Metridatū ex rebus, liiii, antidotū cōficitur. Ostentatio artis & p̄digiosa scientie vendicatio manifesta est. Ac ne ipsi quidē nouere Comperiq; vulgo p̄cinabri indica in medicamēta miniū addi inficicia nominis qd̄ venenum est. Proditā etiam ex cinere fenicis nidoq; medicina

Contra attonitas quorundam p̄suasiones: qui prodesse nisi precio sa non putāt. Neq; dubitarim aliquibus fastidio furur a que dicent animalia. At nō virgilio nephas fuit noīare formicas nulla necessitate. Non homero inter prelia deorū: improbatē musce describere. Quisq; causas & effectus non res estimet,

Ca. ii. de lanis earū
q; medicina.

Succide prestant medicinam ex oleo vinoq; aut aceto: prout queq; mulceri moderari opus sit: & astringi laxari ve. luxatis membris dolentibusq; neruis imposte & crebro suffuse. Quidam etiā salem admiscunt luxatis. Alii cū lana rutam tritā adipēq; imponūt. Item contusis tumentibusq;. Laudatissima omnis e collo. Sanguinēq; sistit ex ariete succida; articulos extreminatū preligans. Succidaq; imponunt destamatis, percussis, liuidis, contusis, collisis, contritis deiectis. Capitis & alius dolor, bus stomachi inflamatio ex aceto & rosaceo. Cinis eius ilinistr atritis, vulneratis, ambustis. Item ad dicitur in fistulas auresq; suppuratas. Ad hec detonsā eā. alii euulsam decisis summis partibus siccant, Carpuntq; in fictili crudo cōponunt ac melle perfundunt utrūq;. Alii hastulis tede subiectis: & subinde interstratis oleo aspersaq; accendūt. Cinerēq; in labellis aqua addita confricant manū & confidere patiūtur. Idq; sepius mutantes aquā donec linguā astringat leuiter nec mordeat. Tunc cinerem reponunt. Vis eius stiptica est efficacissimeq; genas purgat.

Ca. iii. de ouis in
finitas virtutes.

Oua per se infuso candido oculis: epiforas cohibent. vrentesq; refrigerant. Infantibus vix aliud remediū est contra lippitudinē

Oua

nes : admixto butiro recenti. Eadem cum oleo trita ignes sacros le-
nunt : bete foliis super alligatis. Ipsa facies ilita sole non aduritur

Ambusta aquis si statim ouo occupentur : pusculas non sentiunt
Quidam admiscunt farinam hordeaceam & salis parum. Vlceri-
bus vero ex ambusto cum candido ouorum : tostum hordeum & sui-
lo adipe mire prodest. Eadem curatione ad sedis vitia vtuntur

Prodest & tussientibus per se deuoratum luteum liquidum : Ita
vt dentibus nō attingatur. Thoracis distillationibus. faucium sca-
britie. Priuatim contra emorroidum morsus ilitur : sorbeturq;
crudum Prodest & renibus. vesice rosionibus exulcerationibus
q; & cruenta excreantibus. Quinq; ouorum lutea in vini hemi-
na cruda sorbentur a dissintericis : cum iure putaminis sui : & pa-
paueris succo aut vino. Dantur celiacis lutea ouorum trium : lar-
di veteris & melle quadrantibus. Vini veteris ciathis trita ad crassi-
tudinem mellis : & cum opus sit auellane nucis magnitudine ex aq;
pota Item ex oleo fricta totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic
& ilita lienicis. Sanguinem autem reicientibus cum tribus ciathis
mixti. Siftunt & menses mulierum cocta & ex vino pota. Vili-
ra sunt & ceruicis doloribus cū anserino adipe & rosaceo. Mem-
brana putaminis detracta siue crudo siue decocto labiorum fissuris
medetur. Putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus.
Comburī sine membranīs oportet sic & fit dentifricium. Firmi-
tas putaminum tanta est vt recta nec vi nec pondere vllō frangan-
tur. nec nisi paululum inflexa rotunditate. Ad puris & sangui-
nis excreationes ouum crudum cum porri sectiui succo : pari-
mensura mellis greci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus
cocta & trita cum melle. & cruda cum passo oleiq; pari modo. In-
funditur & virilitatis vitis singula : cum ternis passī ampli semun-
tia a balneis. Cibos quot modis iuuent notum est cum transmittat
fautium tumore calefactuq; obiter foueant. Nullus est alius cis-
bus qui in egritudine alat : neq; oneret. Simulq; vini vsum & cibi
habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus
cum farina in pane subactis celiacī recreantur. Quidam ita res-
soluta in patinis torreri vtilius putant. Quo genere non aluos tan-
tum : sed & mēses feminarum sistunt. Aut si maior sit impetus : cru-
da cum farina ex aqua hauriuntur. Et per se lutea ex his deco-
cta rursū in aceto donec durecant. Fit & dissintericis remedi-
um singulare : ouo effuso in fictili nouo : eiusq; oui mēsurā vt paria
sint oīa melle mixto mox aceto. Itē oleo cōfusus crebroq; pmixtis

quo fuerint ea excellētia: Hoc presentaneum remediū erit. Alii eadem mensura pro oleo & aceto resinam adiciunt rubentem, vinū q̄ & alio modo temperant olei tantum mensura; pari pineiq; corticis duabus sexagesimis denariorum. Et nequid desit ouorū gratie: Candidum ex his admixtum calci viue glutinat vitri fragmenta vis vero tanta: vt lignum perfusū ouo non ardeat. Ac ne vestis quidem cōtacta aduratur. De ouis gallinarum tantū locuti sumus.

Ca. iiii. De multis medicinis ex canibus gallinaceis, fimo &c.

Canum catulos lactantes adeo puros existimabant ad cibū: vt etiam placandis Numinibus; hostiarum vice vterentur his. Genito mane catulo res diuina fit. & in cenis etiam deorū imponitur. Catulina etiam addita talibus quidem epulis celebres fuisse plauti fabule sunt inditio. Sanguine canino contra toxica nil prestātius putatur. Cor caninum habentem fugiunt canes. Est vermiculus in lingua canum quo remoto infantibus; nec rabidi fiunt: nec fastidius sentiunt. Idem ter igni circūlatus datur morsis a rabioso: ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratū anno tantum prodest. Aiunt tristam galli efficaciter imponi. Et anseris adipem cum melle. Saliuntur & canes eorum qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in cibo dandi. Prodest & simū gallinaceum: dumtaxat ruffum ex aceto datum imponendo. Gleba ex irundinis nido ilita ex aceto. Membrana siue senectus angriū: vernatione exuta cū cancro masculo trita. Nam & per se imposita in arcis armariis tineas necat. Qui in vrinam canis suam in gel ferit; torporem lumborum dicitur sentire. Aduersus serpentū idus fimo pecudis efficax habetur recens: vino decoctus ilitusq; Carnibus gallinaceorū ita vt tepebunt auulsis: appositis venena domantur serpentium. Item cerebro in vino poto. Parthi galline mallant cerebrum imponere. Ius quoq; ex his potum preclare medetur. & in multis alijs vsibus mirabile. Panthere leonesq; nō attingunt peruictos eo precipue si allium fuerit incoctum. Aluum soluit validius e vetere gallinaceo. Prodest & contra longinquas febres. Et torpentibus membris: tremulisq; & articularis morbis: et capitis doloribus. Epiphoris inflammationibus fastidiis. Incipienti tenasmo iocineri vesice. Contra cruditates suspiria. Itaq; etiam facendi eius extant precepta. Efficacius enī cocti cum olera marino: aut capari: aut appio: aut herba mercuriali: polipodio aneto. Vtilissime autem in congtis tribus aque: ad tres heminas cū supradictis herbis, & refrigeratū sub diuo dari ante vomitione.

Si auro liquefcenti gallinarum membra misceantur: consumunt illud in se. Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis e farmen-
tis circulo addito collo non canunt. Auxiliatur contra serpentes
et columbarum caro recens conserpta.

Muris aranei morsus sanatur; vngule arietine cinere cum melle.

Ipse mus contra se remedio est diuisus & impositus. Optimū
si is imponatur qui mombrdit. Sed & alios vsus seruat in oleo aut
lino circūlitos. Est & contra morsum remedio terra ex orbita, fe-
runt enim non transiri ab eo orbitam: torpore quodam nature.

Gallarum fimum dūtaxat candidum in ysopo decoctus aut
mulso: venena fungorum bolētorumq; constringit. Item infla-
mationes ac strangulationes quod miramur: cum si aliud animal
gustauit hunc fimum: torminibus & inflationibus afficiatur. Con-
tra venena omnia: ciconiarū ventriculus valet. Coagulus pecoris.
Caulis ius e carne arietum priuatim aduersus cantaridas. Colum-
barum aggressium fimum: priuatim contra argenti vini potum.

Ca. v. Ad alopetias tollendas.

tingendos pilos reddendosq; passiones
oculorum .aurium . & reliquas.

Alopetias: cinis e murium capitibus caudisq; & totius muris
emendat. precipue si venesitio acciderit hec iuria. Item herinacei
cinis cum melle. Aut corium cōbustum cum pice liquida. Caput
quidem eius vsum: etiam cicatricibus pilos reddit. Alopetias au-
tem in ea curatione preparari oportet nouacula & sinapi. Lacerte
quoq; combuste cum radice recentis arūdinis. que vt vna cremari
possit minutatim findenda est. Itemq; in mirto oleo permixti cine-
res: capilorum desnuia continent. Efficacius virides lacerte ea-
dem omnia prestant. Etiānumtilius amixto sale & adipe vrsino.
et cepa tusa. Quidam tamen denas virides in .x. sextariis olei vete-
res: discoquunt contenti semel in mense vngere. Pellium vi-
perinarum cinis alopetias celerrime implet. Item gallinarū fimum
recens ilitum. Corui omnes in ereo vase permixtū ilitūq; derafo
capite nigratiam capilis affert. Sed donec inarescat oleum ore tenē-
dum: ne & dentes simul ingrescant. Idq; in vmbra faciendū est &
ante triduum neq; abluendum. Alii sanguine & cerebro vtunt
in vino nigro. Laudant galline fel. sed precipue adipem cōtra pu-
stulas in pupilis. Has scilicet eius rei gratia sagināt. Fimum quo-
q; earum dūtaxat candidum asseruant: in oleo vetere corneis pixi-
dibus: ad pupularum albugines. Qua mentione significandum est
pauones fimum suum reforbere: Inidentes hominū vtilitatibus.

Fimi accipitris cuius cum actico melle: efficax ad inunctiones in omnibus vitiis oculorum. Laudatur & milui iecur. fimū colūborū ad egilopas: sūr ad albugines & cicatrices. Fel anseris sanguinis anātū cōtusis oculis: ita vt postea melle & yfopo Inungātur. Fel perdicū cum mellis equo pōdere: p se vero ad claritatē. Colūbarum: turturū: palūbium: pedicū sanguis: oculis cruore suffusis eximie prodest. In colūbis masculū efficaciorē putant. Vena autē sub ala ad hūc vsū incidit: qm̄ suo calore vtilior est. Superipont oportet spleniū E melle decoctū: lanāq; succidā ex oleo & vino. Earū dē auium sanguis noctilopas sanat. Et iecur ouium, atq; vt in capris dixim⁹ efficacius fulue. Decocto quoq; eius oculos abluere suadet. Et medula dolores liuoresq; iliuiunt. Turturis fimū albugines extenuat. Itē coclearū cinis. Mel vtilissimū oculis in quo sunt apes immortue. Scarabei viridis natura: contuentiū visum exacuit. Itaq; gēmarum sculptores: cōritu eorū acquiescūt. Aures purgat fel pecudis cum melle. Caninūq; lactis instilatio sedat dolorē. Grauitatem adeps cū absinthio & oleo vetere. Itē adeps anserinus. Quidam adiciūt succū cepis & allii parimō. Vtun̄ & per se ouis formicarū. Namq; & huic aiālī est medicina. Constatq; vsos egros hoc cibo sanari.

Anseris

Anserum & oim auiū adeps: preparat vt predictū est. In fictili no-uo repositū loco frigidus: minus putrescit addito sale & melle. Murium cinis cū melle instilatus: aut cū rosaceo decoctus: aurium dolo-res sanat. Si aiāl aurē intrauerit: precipuū remediū murinū fel acet-to dilutū. Si aqua intrauerit adeps anserinus cum cepis succo. Gl-ris detracta pelle intestinisq; exepit: decoquit melle in vase nouo. Sed medici mallūt nardo decoqui, vsq; ad tertias atq; ita asseruari. Deinde cum opus sit strigili tepesacta infundere. Cōstat deplorata aurium virtū; eo remedio sanari. Aut si terreni vermes adipe anseris decocti infundātur. Itē ex arboribus rubi cū oleo triti: exulceratis & ruptis autibus preclare medentur.

Millepeda ab aliis centipeda aut multipeda dicta (animal est e vetribus terre pilosū; multis pedibus arcuatim repens; tractuq; cōtrahens se). Efficaciter sanat aurium dolores: in cortice punici mali decoctum & porri succo. Illam autē que nō arcuatur sepa grecio cant. alii scolopendram minorem perniciosamq;. Coclee q̄ sunt in vsu cibi cum mirra & thuris polline apposite. Item minute & late fracturis aurium appōitur cum melle. Senectus serpentū feruente testa vsta: instilatur rosaceo admixto: contra omnia quidem vitia efficax. sed cōtra graueolentiā precipue, aut si purulēte sunt

ex aceto. Melius cum felle caprino aut bubulo. aut testudinis marine. Vetusior anno eadem mēbrana non prodest. nec imbre perfusa: vt aliqui putant. Auribus prodest grilus cum sua terra effossus & ilitus. Ventris gallinaceorū membrana: que abici solet inueterata & in vino trita: auribus purulentis calida infundit. Galinarum quoq; adeps. Mel vtilissimus auribus quoq; est in quo apes emortue sunt. Parotidas cōprimit columbinum sterco. vel per se vel cum farina hordeacea aut auenacea. Noctueq; cerebrum vel iecur cū oleo infusum auricule aut parotide. Multipeda cum resine parte tertia ilita. Grili siue iliti siue alligati.

Finit liber viceſimus nonus.



Liber .xxx. De origine & improbatione magice & quibusdam mirandis, & medicinis aliis:

Capitulum primum. De origine artis magice quando & aquis inceptis.

Agicas vanitates sepius quidem antecedentis temporis parte: vbi cūq; cause locusq; poscebant coarguimus. De tegemus nunc etiam in paucis. tamē res digna est de qua plura dicantur: vel eo ipso quo fraudulentissima arcium: plurimū in toto terrarum orbe plurimusq; seculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miratur: quādoquidē sola artiū tres alias imperiosissimas humane mētis complexa: in vnā se redegit. Nam tam primū e medicina nemo dubitat. ac specie salutari irrepsisse velut altiore sanctiorēq; q̄ medicinam. Ita blandissimis desideratissimisque promissis: addidisse vires religionis: ad quas maxie etiānum caligat humanum genus. Atq; vt hoc quoq; suggesserit miscuisse artes mathematicas: nullo non audio futura de se sciēdi. atq; ea e celo verissime peti credente. Ita possessis hominū sensibus triplici vinculo: intantum fastigii adoleuit: vt hodieq; in magna parte gentium preualeat. Et in oriēte regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in perside a zoroastre: vt inter auctores cōuenit. Sed vtrū vnus hic tantum fuerit an postea & alius: non satis